DE GRADIBVS AFFINITATIS ET CON-SANGVINITATIS, ET NOMI-MINIBVS EORVM: TITVLVS DE-cimus, libri XXXVIII. Pandectarum.

MVLTO EMENDATIOR QVAM VNQVAM *anteà redditus ex libris manuscriptis & vetustioribus exemplaribus impreßis, cum breuibus annotationibus nonnullisque schematibus & figuris.*

AVTHORE
GEORGIO VIVIENNO ANT-uerpiano, artium liberalium, & sacrarum LL. Doctore: Aduocato consistoriali Cancellariæ & supremi Concilij Brabantiæ. D. Philippi Hisp. Regis, nec non Reuerendiss. Episcopi Cameracensis, Iurato. &c.




COLONIAE,
Apud Theodorum Baumium.
Anno D. M. LXXI.

M. D. LXXI


INSIGNIA GENTILITIA.
VIVI
EN.
PRVDENS STVDET VIVERE.

PIO IVXTA AC ERVDITO DOMINO NICOLAO VVINTERIO, COMMENDATORI INſignis Ordinis Iohannitarum, Cruciferorumque apud Inclytam Coloniam. Georgius Viuiennus. S. D. P.



Rdo illlorum, de quibus ſuperiùs tractare institui, postulat, vt etiam oſtendã tam iuxta Ius Pontificium, quàm ius Imperatorium tractatum Graduum affinitatis & conſanguinitatis, nominumq; eorum: ſtimulis veterum excitatus vt me vixiſſe teſter, nonnullum mei otij monumentum ſuperſit, & faciat vt viuam. Enimuero viuit ille, qui alijs prodest, & ſeipſo vtitur. Nec quicquam indignius eo, cui nullum ſubeſt argumentum, quo

 præter

præter ætatem, se diu vixiſſe probat: qua profectò haud vixiſſe censetur, sed potius ventri, ac libidini parens, vitam effrænam amiſiſſe. At vnum hoc me plurimùm mouet, quòd hac tēpestate pauci admodum reperiantur viri egregij, nobilitatis insignis, & singularis eruditionis, qui ingenijs benè natis fauent, bonasque artes summo ipsi quoque studio amplectuntur. Sed quò hi sunt rariores, eò etiam ardentiore aura, & cogitatione hisce rebus insudant. Quos vt norunt, aut iam doctos, aut ad doctrinæ studiū natura natos, ac propensos, tū ab omni fortunæ impetu defendendos penitus suscipiunt. Cuius generis homines cùm semel tacita cogitatione perpenderem, te primatū inter eos tenere planè mecum statui ac iudicaui. Proinde neminem

nem alium istius exigui partus nostri patronum auspicemque mihi deligendum visum est: non vt hic marmoratis laudibus vitae tuae sanctitatem, cōstantemque in bonos omnes voluntatem extollerem (quod genus praeconij neque D. T. defuit, neq; deerit vnquam, quandiu Graecae vel Latinae loquentur literae) In te enim praeter inclyti collegij & familiae decus, summa prudentia relucet grauissimum iudicium: omnium denique ingenuarum artium scientia, vnâ cū singulari pietate coniuncta. Quarum maximum eloquium praebent sublimes tuarum dignitatum atque honorum gradus: quos haud dubiè nunquam attigisses, nisi vel his virtutibus, alijsque multò pluribus ornatus esses. Itaque hunc libellum De Gradibus affinitatis

& consanguinitatis, & nominibus eorum: *bono fideliq; animo, nomini tuo consecrare volui: non quòd in hoc tua studia remorari autumē, quippe qui in multò maiora grauioráque incumbas: sed potissimùm, quòd tanto tuo nomine plus autoritatis sit habiturus. In quo si Horatianæ maturitatis opportunitatem expectare non sustinuerim (quæ monet ne præcipitetur editio, nonumque prematur in annum iuxta illud commune prouerbij à multis seculis protriti: Sat citò, si sat benè) nec eò citiùs leuitati adscribendum, siquidem hac Ciceronis Romani eloquij principis nixus sententia, Omnem aleam ieci, par est omnia experiri, qui res magnas & magnopere expetendas concupiscunt. Igitur prout magister bonus est Mercurius, dulcesque*

cesque Camœnæ, quicquid in me situm est reddo: non quæstũ, non gloriæ choragium ambio: contentus, si nostro labore iuuetur compendium discentiũ, eorumque studium atque opera in maius meliusq; prouehatur: Quibus magis vt prosim omnem omnino moueo lapidem quàm mihi ipsi: imò & plus mouebo si vires atque fata concedant. Quod autem non me anteà vicinum familiariter noueris, obesse ne quicquã arbitratus sim, ne propterea hoc opusculum tibi gratũ foret, aut eo etiã quo alia soles animo exciperes: cùm nullum ætatis tuæ tempus ab optimarum artium studijs, atque disciplinæ abduxeris, fit vt nos non vt familiares sed in nobis potiùs artes tibi familiares necessariò ames. Quarum quidem tanta vis est apud omnes, quotquot verè

ſunt homines: vt propter eas, quos nũquam vidimus, quodammodo charos habeamus. Has igitur quantulaſcunque opellas Illuſtriſsime Commendator, hîc noctibus lucubratas ſerena frõte excipies à Viuienno veſtro, qui aliâs tam in Gallijs, quàm quondam in Mechlinia fuerit Cruciferorum et Equitum nobiliſsimorum cohorti veſtri Collegij à conſilijs: & penſionarius Domus veſtræ in monte caſtri Louanienſis, nec non Niuellenſis: Et ſic exceptas tuo grauiſsimo exactiſsimóque iudicio perpendens æqui boníque conſules. Neque in amicorum rationarium Viuiennum inter poſtremos referes. Benè valeat Reuerendiſsima Dominatio tua. Raptim Coloniæ in vicinia tua, IIII. Calend. Maij, An. reſurrectionis Domini M.D.LXX.

DE


DE GRADIBVS ET ADFINIBVS: ET NOMINIBVS EORVM.

Sic legimus in Pandect. flor. aliâs, De gradib. adfinitatis & consanguinitatis, & nominibus eorum.

TITVLVS DECIMVS LIBRI XXXVIII. PANDECTARVM.

CAIVS [LIB. VIII. AD EDICT. PROV.] Lex. I.

[] inclusa desunt in alijs lib. impres.



Radus cognationis alij superioris ordinis sunt, alij inferioris, alij ex transuerso, siue à latere. Superioris sunt ordinis, parentes: inferioris, liberi: ex transuerso, siue à latere, fratres & sorores, liberique eorum. Sed superior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: ex transuerso verò, siue à latere, nullus est primus gradus: & ideò incipit à secundo. Itaque in pri

mo gradu cognationis superioris quidem & inferioris ordinis cognati possunt concurrere: ex transuerso verò nunquam eo gradu quisquam concurrere potest. At in secundo, & tertio, & deinceps in cæteris poßunt etiam ex transuerso quidem concurrere cum superioris ordinis cognatis. Sed admonendi sumus, si quãdo de hæreditate, vel bonorum poßeßione quæramus, non semper eos, qui eiusdem gradus [a] *sunt, concurrere.*

a *sint in π. florent.*

I.

Primo gradu sunt suprà, pater, mater: infrà filius, filia.

II.

Secundo gradu sunt suprà, auus, auia: infrà, nepos, neptis: ex transuerso, frater, soror.

III.

Tertio gradu sunt suprà, proauus,

pro-

proauia: infrà, pronepos, proneptis: ex transuerso, fratris sororisque filius, filia: & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera.

IIII.

Quarto gradu sunt suprà abauus, abauia: infrà, abnepos, abneptis: ex transuerso, fratris sororisque nepos, neptis: & conuenienter patruus magnus, amita magna, id est, aui frater, soror: auunculus magnus, matertera magna, id est, auiæ frater, soror: item fratres patrueles, sororesque patrueles, id est, qui quæue ex duobus fratribus progenerantur. Item consobrini, consobrinæque: id est, qui, quæue ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini. Item amitini, amitinæ, id est, qui quæue ex fratre & sorore

rore

rore propagantur. Sed vulgus ferè omnes istos cõmuni appellatione consobrinos vocat.

V.

*Quinto gradu sunt suprà, atauus, ataua: infrà, atnepos, † atneptis: ex transuerso, fratris & sororis pronepos, proneptis: & conuenienter propatruus, & proamita, id est, proaui frater & soror: proauunculus, promatertera, id est, proauiæ frater & soror: item fratris patruelis, sororis patruelis filius, filia: & similiter consobrini, cõsobrinæ, item amitini, amitinæ filius, filia: propior * sobrinus, propior sobrina: isti sunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.*

† Abnepos abneptis pperã in exemplari florentino (vt ait Taurellus) legebatur, vt & in manuscriptis reperi, quod indiciũ esse videtur omnes manuscriptos ex flor. illo manasse.

Vide ad hunc locum Augustinum libro secundo Emendationum, capit. v. Paul. l. 10. inf. eod. vocat superiores, aut inferiores, aut transuersos gradus.

Semper

Semper eos qui eiusdem. Quia ordo ordini prefertur, puta ordo descendentium ordini ascendentium, & eiusdem gradus sint persone diuersi ordinis. Item ex eodem ordine & pari gradu scilicet transuersi ordinis agnatus patris gradus cognato præfertur.

VLPIAN. [LIB. XLVI. AD EDICT.] ☐ *Inclusa in aliis desunt.*

Lex ij.

*HOc est, patris matrisue eius, de cuius cognatione quæritur, cõsobrinus consobrina, siue frater patruelis, * vel amitinus, soror patruelis vel amitina.*

Aliàs desunt verba ista quæ asteriscũ sequuntur.

Consobrini dicuntur duarum sororum filij, quasi consororini: possunt & duorum fratrum filij hoc nomine vocari, licet ij veriùs Consanguinei dicantur, vel patrueles.

☐ *inclusa desunt in aliis.*

CAIVS. [LIB. VIII. AD EDICTVM. prouinciale.]

Lex iij.

SExto gradu sunt suprà [a] tritauus tritauia: infrà, trinepos trineptis: ex

[a] triauus triauia in π. florent.

transuerso, fratris & sororis abnepos, abneptis: & conuenienter abpatruus, abamita, id est, abaui frater, & soror: abauunculus, abmatertera, id est, abauiæ frater, & soror. Item patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, matertera magnæ nepos, neptis: item fratris patruelis, sororis patruelis, consobrini, consobrinæ, amitini, amitinæ nepos, neptis: item propatrui, proamitæ, proauũculi, promaterteræ filius, filia. Item qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis, aut amitinis vndique propagantur, ij propriè sobrini vocantur. In septimo [b] autem gradu quã multæ esse poßint personæ, ex ijs, quæ diximus, satis apparet. Admonendi tamen sumus, parentum liberorumq; personas semper duplari. Auum enim & auiam tam

[b] deest in π florent.

mater-

maternos quàm paternos[a] *intelligimus: item nepotes neptesque tam ex filio quàm ex filia: quam rationem scilicet deinceps in omnibus gradibus suprà infraque sequemur.*

a *al. intellegemus in ii florent.*

Paul. ait. tritauum esse dictum quasi tertium auum. de gradibus affinitatis. item trinepotem ex simili ergo dicendũ quasi tertium nepotem, & sic deinceps. Sobrinus est, vt ait Gellius Aelius, patris mei consobrini filius, & matris meæ consobrinę filius. Fœmina enim eisdem de causis appellat fratrem & fratrem patruelem & consobrinum, & propius sobrino & sobrina.

MODESTINVS. [*LIB. XII. PANDECTARVM.*] *[] inclusa in aliis desunt.*

Lex iiij.

NOn facilè autem, quòd ad nostrum ius attinet, cùm de naturali cognatione quæritur † septimum gradus cognatos ad successionem vocari. solus enim 6. gradus ex 7. duæ personæ, id est, sobrino sobrina, natus nata.

† *Nõ tamẽ à contrario dicendũ est oẽs 7. gradus cognatos vocari, sed hos tantum qui sunt ex 7. gradus cognatio.*

*gradum quis excedit * quatenus * vltra eum ferè gradum rerum natura cognatorum * iura consistere nō patitur. Cognati ab eo dici putantur, quòd quasi vnà communitérue nati, vel ab eodem orti, progenitíue sint. Cognationis substantia bifariàm apud Romanos intelligitur.*

*vitam in Pandect. florent.

Rectè *apud Romanos*. nam Græci aliam rationem secuti sunt, συγγένειαν namque illi generaliter appellant omnem sanguinis necessitudinem, omnemq́ue per nuptias adfinitatem, vt docet Pollux. & Aristoteles lib. 2. politic. c. 2. συγγένειαν diuidit in eam quæ est πρὸς αἵματος, & eam quæ est κατ' οἰκειότητα καὶ κηδείαν. id est quæ per necessitudinem & adfinitatem coniungitur, q̃ Græci recentiores vocāt ἀγχιστείαν vt Theophilus, & συμπενθερίαν vt Balsamō Nomocan. tit. 13. c. 2. sic autem diuidunt generale cognationis nomen, vt subiecto pinace continetur.

εἰς δύο

εἰς δύο τέμνεται ἡ συγγένεια, εἴς τε

- τὸ φύσει ἢ
  - ἐκ πορνείας.
    - φυσικὸς υἱὸς, ex cōcubina
    - νόθος, ex meretrice.
    - σκότιος, qui est omnino incertus. hanc naturalem cognationē per se, vocat Modest: hîc
  - μετὰ γάμου νομίμου. et diuiditur hæc cognatio in
    - agnationē.
    - cognationē
- καὶ τὸ θέσει. ὑποδιαιρεῖται καὶ αὐτὸ εἰς
  - τὴν ἀγχιστείαν, quæ rursus diuiditur in
    - ἀγχιστείαν adfinitatem.
    - ἐξ ἀγχιστείας τριγένειαν. Latini vocāt secundum genus adfinitatis, quod iure ciuili prohibitionem habet nuptiarum, l. vxorem, D. de ritu nuptiarum. Iure vero canonico sublatis veteribus canonibus Græcis et Latinis, non habet prohibitionē. c. non debet. ext. de consan,
  - τὴν θέσιν ἢ υἱοθεσίαν
    - διαδοχῆς χάριν, Latine adoptio.
    - ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος Latine cognatio spiritualis dicitur.

Nam quædam cognationes iure ciuili, quædã naturali † cõnectũtur: nonnunq̃ & vtroq; iure cõcurrente, & naturali, & ciuili copulatur cognatio. Et quidem naturalis cognatio per se sine ciuili cognatione intelligitur, quæ per fœminã[a] descẽdit, quæ vulgò liberos [b] pariunt. Ciuilis autem per se (quæ etiam legitima dicitur) sine naturali [fit [c] cognatione] per adoptionem. Vtroq; iure consistit cognatio, quum iustis nuptijs contractis copulatur. Et naturalis quidem cognatio hoc ipso nomine appellatur: ciuilis verò cognatio, licet ipsa quoque per se plenissimè hoc nomine vocetur, propriè tamẽ agnatio vocatur, videlicet quæ per mares contingit. Sed quoniam quædam iura inter affines quoque versantur, non alienum est, hoc loco de affinib. quoq; breuiter disserere. Affines sunt, viri & vxoris † cognati: dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finẽ accedit: nanque coniungendæ affinitatis causa fit ex nuptijs. Nomina verò eorũ hæc sunt: socer, socrus: gener, nurus: nouerca, vitricus: priuignus, priuigna. Gradus verò [d] affinitatis nulli sunt. Et quidem viri pater, vxorisque socer: mater autem eorum, socrus appellatur: cùm apud Græcos propriè viri pater ἑκυρὸς, mater verò ἑκυρὰ: [e] vxoris autem

† continẽtur: contrectẽtur in pand. flor.

a florent, & manu scripti fœminas. sed Taurellus sic emendauit, feminam.

b peperit, inuis. ind. pãd. flor.

c [] pro inclusis legitur cognatio. sine iure, ibid

† non ipsi quidem inter se sed cognati viri sunt adfines vxori: & contrà cognati vxoris sunt adfines viro.

d al. aũt affinitati, in π. florent.

e vocitetur, & vxoris. in pand. florent.

autem πενθερὸς, pater, mater verò πενθερὰ vocetur. Filij aūt vxor, nurus: filiæ verò vir, gener appellatur. Vxor verò liberis ex alia vxore natis nouerca dicitur: matris vir ex alio viro natis vitricus appellatur: eorū vterq; natos aliūde, priuignos priuignasq; vocāt. Potest etiā sic definiri [Socer] vxoris meæ pater, ego illius sum gener. Socer magnus dicitur vxoris meæ auus, & ego sum illius progener. Et retrò pater meus vxoris meæ socer est, hæc illi nurus: & auus meus socer magnus est, illa illi pronurus. Itē socrus mea, vxoris meæ mater est, ego illius sum gener: & prosocrus mea, vxoris meæ auia est, ego illius sum progener: & retrò mater mea, vxoris meæ socrus est: illa huic nurus & auia mea, socrus magna est: & vxor mea illi pronurus. Priuignus aūt est vxoris meæ filius, ex alio viro natus: ego illi vitricus, & in contrariū vxor mea liberis, quos ex alia vxore habeo, nouerca dicitur: liberi mei, illi priuigni sunt. Viri frater, leuir est: apud Græcos δαὴρ appellatur: vt est apud Homerū relatū: sic enim Helena ad Hectorem dicit.

Δᾶερ ἐμοῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης.

Viri soror, glos dicitur: apud Græcos, γάλως. Duorū fratrū vxores εἰνάτερες dicūtur apud Græcos, quod vno versu idem Homerus significat:

* Ἢ ἐς γαλόων ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων.

Hos itaq; [qui affinitatis causa inter se pa-

[proinclusa] in alijs legitur socer est, alias, socer dicitur. Post definiri, puto interpungendū vt nō definitionem soceri hîc specialiter intelligamus, sed distinctionē soceri, socrus, generi, nurus etc. et dicitur quidē Socer: quia generū sibi sociauit: Gener verò à genere, quòd ad augendū genus adhibetur.

Priuignus dictus, quòd antequā mater secūdo nuberet, est progenitus.

* Id est, leuirorū aut glorū aut duorū fratrū vxorū

rentum] loco liberorumque habentur, matrimonio copulari nefas est. Sciendum est, neque cognationem, neque affinitatem esse posse, vbi nuptiæ interdictæ sunt, ex quibus affinitas coniungitur. Libertini libertinæq; inter se affines esse possunt. In adoptionem datus, aut emancipatus, quascunque cognationes affinitatesque habuit, retinet: agnationis iura a perdit: sed in ea familia ad quā per adoptionem venit, nemo est illi cognatus, præter patrem, eósue, quibus agnascitur. affinis autem ei omnino in b ea familia nemo est. Is, cui aqua & igni interdictum est, vel aliquo modo capite diminutus est, ita vt libertatem & ciuitatē amiserit: & cognationes & affinitates omnes, quas ante habuit, c amittit.*

Num alienum est. non. Iam suprà est adnotatum plerunque quod affirmare volunt Iurisconsulti, per interrogationem efferre: cuius rei exemplum quoque est titulo, de prætor. stipulat.

Gradus autem adfinit. Alciatus libro secundo prætermissor. Græcos δαὴρ appell. Alciat. lib. 2. prætermissor. Ἠέ πῃ ἐς &c. hoc loco Hector quærit ex ipsius ancillis, quò Andromache, quę thalamo abierat profecta sit. Perperam Alciat. lib. 2. præ–

nitide induta rum al. Hxnuss.
[] pro inclusis legitur. π. flor. inter se quod adfinitatis causa parentium.
**nisi nuptiæ interdictæ nō sint.*
a al, non retinebit. sed in eam familiā.
b. eorum. in alijs legitur.
c. iure ciuili. quomodo etiā accipi debet l penult. inf. de extraord. cognit. sed iure gentium retinet libertatē l. 24 C. de dō. int. vir. & vxor.

2.prætermiſſ.putat hunc verſum haberi vlt.libro.Iliad.eſt enim. 34. verſus à ſuperiore.

PAVLVS [*LIB. VI. AD PLAVT.*]

Lex v.

SI filium naturalem emancipauero, & alium adoptauero, non eſſe eos fratres. Si filio meo mortuo Titium adoptauero, videri eum defuncti fratrem fuiſſe Arrianus ait.

Filius naturalis hîc eſt filius proprius ſanguine & natura. Adoptitius eſt ex adoptato filio natus. Emãcipat⁹ eſt actu legitimo, & legis fictione qui filius erat, pro filio amplius non eſt habitus.

VLPIANVS [*LIB. V. AD LEgem Iuliam & Papiam.*]

Lex vj.

LAbeo ſcribit, nepotis ex filia mea nati vxorem nurum mihi eſſe.[a] *Et generi & nurus appellatione, ſponſus quoque & ſponſa continentur.* [b] *At enim ſoceri & ſocrus appellatione, ſponſorũ parentes contineri * videntur.*

Nurus vxor eſt filij, atq; eius appellatione, pronurus & deinceps cæteræ continentur l. ij.§.nurum ff. qui. ſatisd.cognat.

SCAEVOLA [*LIB. IIII. REGVL.*]

[] incluſa deſunt in alijs impreſſ. lib.

a. quia ille in familia mortuus eſt, & hic in eandẽ familiam adſumptus. morte enim nemo de familia exit. l. 9. de bon. poſſ. contra tab.

[] incluſa al. deſunt.

a *deeſt in π. florent.*

b *al. etenim, ſed in π. flor. habetur,* Itẽ *ſocri,*

* *nõ videtur.*

[] incluſa al. deſunt.

Lex vij.

a al. eaq; in re florent.

PRiuignus etiam is est, qui vulgo [a] conceptus, ex ea natus est, quæ posteà mihi nupsit. Aequè & is, qui (cùm in concubinatu erat mater eius) natus est ex ea, [a] quæ posteà alij nupta sit.

Priuignus, ex marito vxoris natus filius, antequam cum illa contraxit. Sic priuigna, vxoris filia ante contractum cum marito matrimonium. *Qui vulgo. &c.* Sufficit enim non esse nefariam aut incestam coniunctionem seu copulam, vt affinitas oriatur. vt sup. eod. l. 4. §. sciendum.

[] inclusa nō ponuntur in alijs.

[*POMPON. LIB. I. ENCHIRIDII.*]

Lex viij.

SEruius rectè dicebat, soceri & socrus, & generi & nurus appellationem etiam ex sponsalibus acquiri.

Socer locum parentis obtinet. Pomp. ait l. quia ij. ff. solut. matrim. l. cùm pater. ad leg. Pompei. de parricid. Igitur eadem, quæ parenti reuerentia, plerisq; in rebus illi debetur, maximè durante affinitate.

[] desunt in alijs impress.

[*PAVLVS LIB. IIII. SENTENTIARVM.*]

Lex jx.

Item

*Stemmata cognationum, directo limite in duas lineas separantur: quarum altera superior est, altera inferior. Ex superiore verò & secundo gradu transuersæ lineæ pendent, quas omnes latiore tractatu habito, in librum singularem * congessimus.*

*cõtexuimus

Stemmata, gradus generis & ordines descendentium qui ramis quibusdam, & velut incurrentibus lineis distinguebatur.

IDEM [LIB. SINGVLARI, DE GRADIBVS ET ADFINIbus, & nominibus eorum.]

[] inclusa in aliis desunt.

Lex x.

*Iurisconsultus cognatorum gradus & affinium nosse debet: quia legibus hæreditates & tutelæ ad proximum quenque agnatum redire [a] consueuerunt. Sed & edicto Prætor proximo cuique cognato dat bonorum possessionem. Præterea lege iudiciorum publicorum, contra affines & agnatos testimonium inuiti dicere non cogimur. Nomen cognationis, à Græca [b] voce * συγγενὴς dictum videtur. συγγενεῖς enim illi vocant, quos nos cognatos appellamus. Cognati sunt, & quos agnatos lex 12. Tabularũ appellat: sed ij per patrem cognati, ex eadem familia sunt. Qui aũt per fœmi-*

a consuerũt.

b Transponũtur hæc verba alibi.

* id est cognatus.

In manuscriptis reperi συγγενέσ ἐκ, ferme recte. Alciatus & alij putarũt scriptũ fuisse cineu. ignorantes veteres græcos characteres.

fœminas coniunguntur, cognatis tantùm nominantur. Proximiores ex agnatu, sui dicuntur. In ter * agnatos igitur & cognatos hoc interest, quod inter genus & speciem. Nam qui est agnatus, & cognatus est. Non vtique autem qui cognatus est, & agnatus est. Alterum enim ciuile, alterũ naturale nomẽ est. Nunc verò non parcimus [a] *a deest in π. florent.* his cognationum nominibus etiam in seruis. Itaq; parentes & liberos, fratresque etiam seruorum dicimus. sed ad leges seruiles cognationes nõ pertinent. Cognationis origo & per fœminas solas contingit. Frater enim est, & qui ex eadem matre tantùm natus est. Nam qui eundem patrem habent, licet diuersas matres, etiam agnati sunt. *b autem in π florent.* Parentes [b] vsque ad tritauũ apud Romanos proprio vocabulo nominantur: vlteriores, qui non habent speciale nomen, Maiores appellantur. Item liberi vsque ad trinepotem: vltra hos, posteriores vocantur. Sunt & ex lateribus cognati, vt fratres *c nãin π. flo.* sororesque, & ex his progeniti: item patrui amita, auunculi, & matertera. [c] At quoties quæritur *d. al. quanto ibidem.* [d] quoto gradu quæq; persona sit: ab eo incipiendũ est, cuius de cognatione quærimus: & si ex inferioribus aut superioribus gradibus est, rectâ linea sursum versus, vel deorsum [e] tendendo, facilè inuenie *e. tẽdentium in pand. flor.* *() inclusa in* mus gradus, si per singulos proximum quenq; numere-

meremus. Nā qui (ei qui) mihi proximo gradu est proximus est, is [a] secūdo gradu est mihi * Similiter ascēdentibus & descentibus singulis accrescit numerus. idem faciendum est in transuersis gradibus. sic frater secūdo gradu est, quoniam patris vel matris persona, per quos coniungitur, prior numeratur. Gradus autem dicti sunt ad similitudinem scalarum, locorúmue procliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus. Nunc singulos gradus [b] numeremus.

alijs impress. desunt.
a deest in π. florent.
* Similiter enim accedentibus singulis crescit numerus.
b numeramus in π. florent.

Primo gradu cognationis sunt sursumuersus duo, pater & mater: deorsumuersus duo, filius & filia: qui tamen & plures esse possunt.

Secundo gradu duodecim personæ continentur hæ: Auus, hoc est, patris & matris pater: item auia similiter tam paterna quâm materna. Frater quoque per [c] alterum parentum accipitur: id est, aut per matrem tantū, aut per patrem, * aut per * vtrunque: id est, ex vtroque eodem parente. Sed hic numerum non auget, quòd nihil differat ab eo, qui eundem parentem habet tantùm, nisi quod is eosdem cognatos habet tam paternos quā maternos. Et ideò euenire solet in ijs, qui diuersis parentibus nati sunt, vt qui meo fratri frater sit, meus cognatus non sit. Pone * me * fratrem habere

c. vtrunque parentem in π. florent.
a illum in π. florent,

bere ex eodem tantùm patre:fratrem a alium habere ex eadẽ matre:illi inter se fratres sunt, mihi alter cognatus nõ est. Hic b soror similiter numeratur, vt frater. Nepos quoq; dupliciter intelligitur, ex filio vel filia natus. Idem est & in nepte.

b deest in pand. florent. aliàs, soror ea

Tertio gradu persona cõtinẽtur triginta c dua. Proauus qui d quadrifariã intelligitur. Est enim aui paterni vel materni pater: itẽ auia paterna vel materna pater. Proauia quoq; quatuor personas cõplectitur: est enim aut aui paterni, aut auia paterna mater: itẽ aui materni, & similiter auia materna mater. Patruus (is aũt est patris frater) & ipse dupliciter intelligendus est, ex patre vel matre: e puta auia paterna mea nupsit patri tuo, peperit te. auia paterna tua nupsit patri meo, peperit mé: ego f tibi patruus sum, & tu mihi. g Idẽ euenit, si dua mulieres altera alterius filio h nupserint. nã q ex his masculi nati i sunt, inuicẽ k patrui sunt: *q̃* fœmina, inuicẽ amita. l Idẽ in fœminis: masculi. en. similiter illis patrui, fœmina amita sunt. Et si vir & mulier, ille filiã ei9 duxerit, illa filio ei9 nupserit: q ex patre adolescẽtis nati erũt, ex matre puella natos. fratris filios: q ex matre puella nati erũt, ex patre adolescẽtis natos, sororis filios: illi eos patruos illi eas amitas appellabũt. Auũculus: m is matris ẽ frater, & eadẽ significatione, qua in patruo diximus, cõtigit: si duo viri

c al. triginta duo in pand. florent.

d quadrifariter, ibid.

e deest in pand. flor

f respondet Paul. tam ad secund. speciem quàm ad priorem. nam si auia paterna mea nupsit patri tuo, tu mihi patruus es, item si auia paterna tua nupsit patri meo, ego tibi patruus sum.

g ide euenit, in pand. floren.

h nupserit ib.

alter alterius duxerit filiā, q ex his masculi nati fuerint, inuicē auunculi: q̄ fœminæ, inuicē matertera erūt: & eadē ratione masculi puellis auūculi, & illæ illis erūt matertera. Amita est soror patris, sicut suprà acipiēda. Matertera est matris soror, similiter vt suprà. Illud notandū est, nō quēadmodū patris matrisq; fratres sorores, patrui amitæ, auūculi materteræ dicūtur: ita fratris sororisq; filios filias nomē speciale cognationis [a] habere: sed ita demonstrari, fratris sororisq; filios filias: qđ quidē & in alijs accidere, ex posterioribus ap parebit. [b] *Pronepos quoq; & proneptis quadrifariā intelliguntur: aut enim ex nepote ex filio, aut ex nepote ex filia descēdūnt: aut ex nepte ex filio aut ex nepte ex filia propagantur.*

Quarto gradu personæ contìnētur 80. Abauus cuius intellect⁹ in 8. personas porrigitur: est enim proaui paterni aut materni pater: quos singulos duplici modo intelligēdos diximus: aut proauiæ paternæ, aut maternæ pater: q̄ & ipsæ singulæ dupliciter accipiūtur. Abauia & hæc eadē octies numeratur: est enim proaui paterni, aut materni, item proauiæ paternæ aut maternæ mater. Patruus magnus est frater aui: [c] *sed auus, item* [d] *fratres. quū duobus modis intelligantur, quattuor personas hoc nomē amplectitur, vt sit aui paterni vel materni frater, qui ex eodē patre, id est, p-*

i fuerint.
k ijs masculi inuicem.
l in pand. florent. sic Item masculi fœminis similiter patrui, fœmina illis amitæ sunt. Eo si vir.
m deest in π. flor,
n deest ibid.
al. amita ea.
al. matertera ea.
a habent quidem Græcè. nam fratris filius ἀδελφιδοῦς, & sororis filia ἀδελφιδῆ dicitur.
b al. apparauit, in pand. florent.
c al. qui, al. item.
d frater, in pand. flor.

auo vel tantùm matre eadem, id est, proauia natus est. Qui verò mihi est patruus magnus, is patri meo vel matri meæ patruus est. Amita magna,[a] est aui soror. Auus autem, item soror, vt suprà diximus, dupliciter intelliguntur: & ideò hic quoq; quatuor personas intelligimus. Similiter quæ[b] patri meo vel matri meæ amita est, mihi erit amita magna. Auunculus[c] magnus est auiæ frater. Quatuor personæ huic nomini eadē ratione sunt subiectæ: mihíque is est auunculus magnus, qui patri meo vel matri meæ auunculus est. Matertera magna auiæ soror, Quatuor modis & hæc ob eādem causam intelligitur. Et q̄ matri meæ, vel patri meo matertera est mihi matertera magna vocatur. Eodē gradu sunt & illi, qui vocātur fratres patrueles, itē sorores patrueles (amitini, ámitinæ) consobrini, consobrinæ. hi autem sunt, qui ex fratribus aut sororibus nascuntur: quos quidam ita distinxerunt, vt eos quidem, qui ex fratribus nati sunt, fratres patrueles: item eas, quæ ex fratribus natæ sunt, sorores patrueles: ex fratre autem & sorore, amitinos, amitinas: eos verò & eas, qui quæúe ex sororibus nati natæúe sunt, consobrinos consobrinas, quasi consororinos appellarent. sed plerique hos omnes consobrinos vocant, sicuti Trebatius. Sub hac appellatione nominum personæ

cadunt

a ea est, in π. florent.

b patris mei in π. florent.

c magnus hic ibidem.

d quod, in π. florent.

